

Recess från förhandlingar i Tönsberg mellan på ena sidan kungarna Magnus och Håkan av Norge och på den andra hansestädernas ombud. (1–2) Städerna krävde ersättning för sina utgifter och förluster för kungarnas skull i kriget mot den danske kungen samt för förluster de vid ett flertal tillfällen under fredstid åsamkats av kungarna och deras fogdar och tjänare. Man läste upp de dokument som tidigare upprättats angående detta på Bohus (se *DS nr 8145, 1370 24/6*). Kungarna tillbakavisade ersättningskraven, liksom de gjort på Bohus (se *DS nr 8146, 1370 efter 24/6*), varvid städerna framhärddade i sina krav genom att hänvisa till det fördragsdokument som upprättats mellan kungarna och städerna 1361 (se *DS nr 6531, 1361 8/9*), vilket upplästes. (3–4) Kungarna avfärdade breven, eftersom dessa upprättats utan deras vetskap och samtycke. På detta genmälde städerna att breven tillkommit efter förhandlingar med kungarnas sändebud, de främsta i deras råd, utrustade med kungarnas kreditivbrev. (5–6) Kungarna svarade att dessa sändebud gick utanför sitt uppdrag och var förrädare. Städerna framhöll att de inte kunde ta hänsyn till detta eftersom de måste sätta sin tilltro till dem som hade kungarnas brev. Kungarna borde själva ha varit noga med åt vilka de anförtrodde denna sak. Städerna har bara agerat utifrån detta dokument som beseglats med rådsherrarnas och kungarnas sigill. Dessutom hade kungarna personligen bekräftat dokumentet i Söderköping, när de pantsatte Borgholm (se *DS nr 6676, 1362 28/9*); även detta brev upplästes. (7–8) Kungarna svarade att de tvingats till detta, eftersom kung Magnus sade sig ha erhållit säkerhet av hertig Henrik av Holstein. Städerna sade däremot att kung Håkan vid denna tid var vid makten i sitt rike och att denne hade ställt säkerhet för sin far samt att bägge kungarna frivilligt bekräftat överenskommelserna och dokumenten. (9–10) Därefter framförde städerna klagomål över att de frångagits Borgholm och skyllde detta på kungarna; på detta svarade kung Håkan detsamma som på Bohus. Kungarna framförde även å sin sida klagomål och gav städerna skulden för kungarnas förlust av Sverige, eftersom städerna hade försett hertigen av Mecklenburg med manskap, skepp och förnödenheter. På alla dessa och liknande beskyllningar svarade städerna att man var utan skuld. (11–12) Efter det att förhandlingarna förts på detta sätt under många dagar, utan att någon sida ville avslöja sina avsikter för den andra, tog kung Magnus på Mauritius' dag (22/9) på sig rollen som medlare. Han frågade därvid städerna vad deras slutgiltiga önskemål var. Städerna anförde då sina ersättningskrav samt begärde bekräftelser på och förbättringar av sina friheter och privilegier men tillade att de kunde tänka sig en betalning i delar om kungarna inte kunde ersätta dem med hela beloppet för närvarande. (13) Kungarna begärde då att få se och höra dessa privilegier, vilka också upplästes för dem och deras rådsherrar två gånger. De bad om att avskrifter skulle göras, men detta sköt städerna av vissa orsaker på framtiden. Kungarna bad även om att i skriftlig form få veta vilka punkter som städerna ville förnya och förbättra, vilket också skedde. (14) Efter överläggningar lämnade kungarna sitt slutgiltiga svar i fyra punkter: För det första gick de med på ersättningskraven; för det andra ville de gärna veta vad städerna skulle göra för dem som motprestation för de förnyade och förbättrade privilegierna; för det tredje ville de gottgöras för det faktum att städerna hittills åtnjutit sina privilegier i kung Håkans rike mot dennes vilja och utan att han bekräftat privilegierna; för det fjärde ville de behålla sin rätt gentemot dem som gjort dem oförrätter under vapenstilleståndstiden. Avslutningsvis sade kung Håkan att han inte hade för avsikt att bekräfta städernas privilegier utan ersättning. (15–16) Städerna motsatte sig detta eftersom de sade att hans far – som ännu var i livet – hade bekräftat dessa privilegier, varför även han borde göra det; dessutom hade Håkan själv tillsammans med sin far faktiskt redan bekräftat dem vid tiden för förbundets tillblivelse, vilket visas av privilegiebrevet, utfärdat i Greifswald (se *DS nr 6534, 1361 9/9*), som upplästes. På det första påståendet svarade kungarna att fadern sedan länge överlämnat det norska riket till sin son, varför det var lämpligast att denne beviljade eventuella privilegier i Norge; på det andra påståendet svarade de, som tidigare, att breven tillkommit genom förrädare och att man därför inte behövde rätta sig efter dem. (17–18) Städerna genmälde därvid att de inte kunde nöja sig med dessa svar, eftersom de ansåg att det gick bra att rätta sig efter dessa brev, som var försedda med kungarnas och deras rådsherrars egna sigill. (Kungarna) svarade att de i laga ordning avsåg att underställa denna fråga 'furstars och herrars' beslut. (19) Slutligen, då kungarna inte ville ge andra svar till de utsända rådmännen, begärde de att få deras krav i skrift så att de kunde rådslå med sitt råd. Kungarna avsåg att skicka sina krav skriftligen så att de kunde medföras för överläggning bland städerna. (*För kravlistorna, se nedan DS nr 9050 och 9051.*) (22–25) Vidare önskade kungarna låna 8 000 mark i silver av städerna, för vilket belopp de kunde ställa Bohus i pant. Kungarna och städerna kom överens om att vapenstilleståndet som ingåtts på Bohus skulle fortsätta att löpa till periodens slut. Städerna beslöt att hålla en hanse dag i Lübeck nästföljande midsommar. Dessutom beviljade städerna köpmännen i Bergen, på deras begäran, tillstånd att under ytterligare ett år få uppbära skatt av dem som reste på Bergen, liksom tidigare hade gjorts. Anledningen var att köpmännen sade att deras uppvaktning i Bergen nyligen av kungarna och drottningen (Margareta) hade medfört stora utgifter. Härfter följer en lista med köpmännens krav på städerna.

Avskrifter: [A] på papper i hs Ledreborg nr 6, fol. 84v–88r, Ledreborgs slotts gårdsarkiv, Lejre, Danmark; [B] Recessus Hansae Teutonice de anno 1363–1414, pag. 91–96, Stadtarchiv Wismar (ej återfunnen efter andra världskriget).

Tryckt: Hanserecesse II, nr 40; (i utdrag) Norges gamle Love, Anden Række, vol. 1, nr 349 (tillägg); (i kort utdrag) Dipl. Dan III:9, nr 228.

Översättning: (i kort utdrag) Danmarks Riges Breve III:9, nr 228.

Regest: Reg. Dan. Ser. II, nr \*2833; Hans. UB IV, nr 426; H. A. Poelman, Bronnen tot de Geschiedenis van den Oostzeehandel I (1917), nr 402; Reg. Norv. VII, nr 299.

Om mötet mellan kungarna och hansestäderna i Tönsberg, se G. Authén Blom, Norge i union på 1300-tallet 2 (1992), s. 437 och 504 ff.

Jfr DS X, nr 183.

För listan med köpmännens krav se Hanserecesse II, nr 41.

För det preliminära avtalet om förlängning av vapenstilleståndet se DS nr 9054 och 9055 samt för utkastet till ratifikationens se DS nr 9093 nedan.

Texten trycks här efter *A* med angivande av viktigare avvikelser i *B* (där så särskilt angivits i Hanserecesse II, nr 40) samt från den tryckta texten i Hanserecesse (sannolikt har flertalet av dessa avvikelser också sitt ursprung i *B*, men de kan även ha uppstått vid ederingen av Hanserecesse). Av praktiska skäl följs här den paragrafnumrering som införts i Hanserecesse.

Anno Domini Millesimo ccc<sup>mo</sup> lxxij, in Nativitate beate Marie virginis convenerunt ad placita in Thunsberghe<sup>a</sup> cum dominis Magno et Haquino eius filio regibus Norwegie<sup>b</sup> dominij consules<sup>c</sup> ciuitatum maritimarum, videlicet de Lubeke Hermannus de Osenbrugghe et Gherardus de Attendorn<sup>d</sup>, de Stralessundis Johannes Rughe et Nicolaus Zeghevid<sup>e</sup>, de Rostok<sup>f</sup> Johannes Nachraven<sup>g</sup>, de Wismaria Johannes Turowe<sup>h</sup>, de Campen Gherlacus de<sup>i</sup> Vene negocia pertractantes infrascripta:

(1) Primo monuerunt ipsi ciuitatenses dictos dominos reges pro refusione expensarum atque dampnorum, quas et<sup>k</sup> que propter eos fecerant<sup>l</sup> in prioribus gwerris contra regem Danorum habitis; et petiuerunt satisfacionem<sup>m</sup> fieri super dampnis et jniuriis, ipsis ciuitatensibus<sup>n</sup> per eos et eorum aduocatos, officiales et vasallos in tempore pacis et securitatis multipliciter illatis. Et legebantur super hiis acta alias<sup>o</sup> in Bauahusen actitata.<sup>1</sup>

(2) Ad hec reges respondebant taliter, qualiter in Bauahusen insuper responderant,<sup>2</sup> videlicet, quod ad huiusmodi expensarum et dampnorum refusionem minime tenerentur<sup>p</sup>. Tunc ciuitatenses fecerunt produci et coram regibus et eorum consiliarijs legi litteras confederacionis, inter ipsos et ciuitates anno lxprimo ordinate,<sup>3</sup> declarantes ipsos teneri ad refusionem sumptuum et dampnorum pretactorum.

(3) Respondebant reges se placitaciones et litteras illas nolle ratas observare, eo quod absque scitu et consensu eorum processissent.

(4) Replicabant ciuitates, quod pociores eorum consiliarij, quos cum suis litteris credencialibus ad Alemanniam miserant, illas nomine regum et regnorum suorum placitabant.

(5) Respondebant, quod consiliarij illi non habebant illa sic<sup>q</sup> in commisso, et quod erant eorum veri traditores.

(6) Dicebant ciuitates: Hoc nichil ad nos, verum ipsi virtute litterarum vestrarum<sup>f</sup> placitarunt et earundem virtute ciuitates illis non inmerito fidem adhibebant. Oporteat ergo videre uos, quibus fidem et litteras vestras commiseritis. Nos enim regimus nos juxta litteras, quibus vestra et s<sup>v</sup>estrorum consiliariorum<sup>s</sup> sigilla sunt appensa. Et quod forcius est, ciuitates adiunxerant, quod ipsimet reges predictas placitaciones et litteras post hec in Zudercopia<sup>t</sup> personaliter confirmarant, quando ipsi ibidem ciuitatibus<sup>u</sup> castrum Borcholm<sup>v</sup> obligarant, super quo littere illius confirmacionis et obligacionis legebantur.<sup>4</sup>

(7) Respondebant reges, quod hec fecerant coacti, quia rex Magnus dicebat se ibi tunc per dominum Hinricum comitem Holtsacie<sup>x</sup> fuisse assecuratum.

(8) Obiciebant<sup>y</sup> ciuitates, quod dominus rex Haquinus tunc potens erat regni sui, et quod ipse patrem suum ibi assecurauit<sup>z</sup>, et quod ipsi<sup>aa</sup> ambo de consensu consiliariorum

suorum dictas placitationes et litteras libere et sponte ratificarant et quod eos ideo bene deceret illas de jure observare.

(9) <sup>ab</sup>-Deinde conquerebantur civitates de alienacione dicti castri Borgholm, illam dictis regibus impingentes, super quo rex Haquinus prout in Bavahus respondebat.<sup>-ab</sup>

(10) Item econtra proponebant reges suas querelas et imposuerunt ciuitatibus culpam perdicionis regni sui Swecie<sup>ac</sup> in eo quod, quia dux Magnopolensis, prout dicebant, de ciuitatibus habuit homines, naues, uictualia et alia necessaria, ipsi perdiderant regnum antedictum. Et alias tales quesitas culpas ciuitatibus imponebant, ad quas omnes ipse ciuitates sufficienter respondebant se de hijs esse insontes, et quod culpa illa non esset ipsis<sup>ad</sup> impingenda.

(11) Habitis itaque per multos dies hincinde diuersis questionibus et tractatibus, neutra pars voluit alteri suam detegere intencionem. Tandem ipso die beati<sup>ae</sup> Mauricij mediauit inter eos dominus rex Magnus<sup>af</sup>, quod ipse vellet inter eos pro bono pacis libenter laborare. Et petiuit a ciuitatensibus, que ipsi finaliter desiderarent.

(12) Ac illi dixerunt: refusiones dampnorum suorum et confirmaciones atque melioraciones libertatum et priuilegiorum suorum adicientes<sup>ag</sup>, si reges non possent ad presens dampna illa totaliter refundere, quod saltem refunderent ea nunc in parte, et iterum alio tempore in parte, uel saltem vice quorundam meliorarent eis privilegia et libertates.

(13) Tunc requisierunt reges videre et audire privilegia, quorum transsumpta lecta fuerunt coram ipsis et suis consiliariis bina vice. Et petiuerunt copias, quas ciuitates dare differebant ex causis. Item petiuerunt, ut ciuitates<sup>ah</sup> darent eis in scripto suos articulos, quos innovari et meliorari uellent. Quod factum erat, prout inferius patebit.

(14) Interlocucione igitur habita, responderunt reges finaliter quatuor articulos subsequentes: Primo, quod dampna, hincinde recepta, libenter uellent recompensare; secundo, quod libenter uellent scire, quale subsidium uel seruicium uellent eis ciuitates<sup>ai</sup> facere pro eo, quod ipsi eis privilegia sua confirmarent et meliorarent; tercio exegerunt equitatem super eo, quod ciuitates et mercatores priuilegijs et libertatibus illis absque confirmacione regis Haquini et contra uoluntatem suam hucusque<sup>aj</sup> in regno suo, prout agebat, usi sunt et gawisi; quarto, quod saluum sibi manere deberet jus suum, quod haberet contra illos, qui tempore treugarum sibi et suis iniuriati sunt, sicut<sup>ak</sup> dicebat. Et conclusit rex Haquinus, quod nequaquam uellet ciuitatibus privilegia eorum gratis confirmare.

(15) Objecerunt<sup>al</sup> ciuitates, quod pater suus adhuc uiuus illa confirmasset, unde et<sup>am</sup> ipse teneretur illa rata seruare, et, quod maius est, ipsemet uia cum patre illa prius, uidelicet tempore unionis cum ciuitatibus facte, confirmauit, super quo littere libertatum tempore illo Gripeswoldis<sup>an</sup> datarum legebantur.<sup>5</sup>

(16) Ad primum responderunt, quod pater filio regnum Norwegie<sup>ao</sup> dudum resignasset, unde si quis uellet habere <sup>ap</sup>-libertates in Norwegia<sup>-ap</sup> aliquas, oporteret, quod illas a filio inpetraret. Ad secundum responderunt, ut<sup>aq</sup> prius, quod littere ille ab eorum traditoribus prodiissent; unde non tenerentur eas observare.

(17) Replicabant ciuitates se non contentari in responsionibus predictis, quoniam bene deceret eos litteras suas proprijs eorum sigillis et suorum consiliariorum sigillatas obseruare.

(18) Responderunt, quod ideo stare uellent iudice pronunciacioni principum et dominorum.

(19) Postremo cum reges nollent dictis nuncijs consularibus alia dare responsa, postulabant ab eis, ut darent eis<sup>ar</sup> in scriptis articulos, quos desiderarent; ipsi uellent cum consilio suo insuper consiliari; et quod ipsi uellent eis reddere articulos eorum in scriptis ad deferendum illos ciuitatibus suis ad deliberandum, ut pars parti, quantocius fieri possit, sua reformet inde responsa. Quod factum est, ut sequitur.

(20. *Se DS nr 9050*)

(21. *Se DS nr 9051*)

(22) Item desiderabant reges, ut ciuitates mutuarent eis <sup>as-</sup>octo milia<sup>as</sup> marcarum puri, pro quibus uellent eis castrum Bauahus obligare.

(23) Concordabant insuper inter se reges et ciuitates, quod treuge pridem inter eos in Bauahusen<sup>at</sup> ordinate debeant ulterius stare et ab utraque parte usque ad earum exitum absque dolo firmiter obseruari.

(24) Rursum decreverunt et statuerunt ciuitates obseruari terminum placitorum in ciuitate Lubicensi super instanti festo Natiuitatis sancti Johannis baptiste, ut ad illum tunc ciuitates communiter conueniant ad habendum tractatus et consilia super presenti negotio ac<sup>au</sup> alijs oportunis, et<sup>av</sup> eciam super expensis, quas nuncii consulares ciuitatum in legacionibus versus Norwegiam fecerunt pro utilitate communis mercatoris.

(25) Preterea annuerunt ciuitates mercatoribus Bergensibus ad preces eorum, ut ipsi possint adhuc ad vnum annum in Bergen talliam a mercatoribus Bergipetis recipere, sicuti prius fecerunt, ex quo ipsi magnas expensas dicebant se fecisse in eo, quod nuper in Bergis regibus et regine reverencias exhibuerant.

<sup>a</sup>Thunsbergh B. <sup>b</sup>Norwegye *Hanserecesse*. <sup>c</sup>proconsules *Hanserecesse*. <sup>d</sup>Attendorne *Hanserecesse*. <sup>e</sup>Zeghevriid B. <sup>f</sup>Rozstok B. <sup>g</sup>Nathtraven B, Nachtraven *Hanserecesse*. <sup>h</sup>Tzurow B. <sup>i</sup>van den B. <sup>j</sup>et *Hanserecesse*. <sup>k</sup>ac *Hanserecesse*. <sup>l</sup>fecerunt *Hanserecesse*. <sup>m</sup>Härefter sibi B. <sup>n</sup>ciuitatibus *Hanserecesse*. <sup>o</sup>alia B, enl. *Hanserecesse* därefier oläsligt ord på grund av skada i B. <sup>p</sup>Rättat från teneantur A, tenentur B. <sup>q</sup>Saknas *Hanserecesse*. <sup>r</sup>Saknas *Hanserecesse*. <sup>s-s</sup>consiliariorum vestrorum *Hanserecesse*. <sup>t</sup>Sudercopia *Hanserecesse*. <sup>u</sup>civibus *Hanserecesse*. <sup>v</sup>Borgholm *Hanserecesse*. <sup>x</sup>Holtzacie *Hanserecesse*. <sup>y</sup>objecebant B. <sup>z</sup>assecuraverit *Hanserecesse*.

<sup>aa</sup>ibi *Hanserecesse*. <sup>ab-ab</sup>Så B, saknas A. <sup>ac</sup>Tzwetic *Hanserecesse*. <sup>ad</sup>Saknas *Hanserecesse*. <sup>ae</sup>sancti *Hanserecesse*. <sup>af</sup>Härefter et dixit *Hanserecesse*. <sup>ag</sup>Härefter ut *Hanserecesse*. <sup>ah</sup>civitatenses *Hanserecesse*. <sup>ai</sup>civitatenses *Hanserecesse*. <sup>aj</sup>hacusque B. <sup>ak</sup>prout *Hanserecesse*. <sup>al</sup>Så B, Obicierunt A. <sup>am</sup>Saknas *Hanserecesse*. <sup>an</sup>Grypeswoldis *Hanserecesse*. <sup>ao</sup>Norwegye *Hanserecesse*. <sup>ap-ap</sup>in Norwegia libertates *Hanserecesse*. <sup>aq</sup>quod *Hanserecesse*. <sup>ar</sup>ipsis *Hanserecesse*; bärefter ordet responsa överstruket A. <sup>as-as</sup>6000 (sic!) B. <sup>at</sup>Bavahus B. <sup>au</sup>et *Hanserecesse*. <sup>av</sup>et et B.

<sup>1</sup> DS nr 8145 (1370 24/6). <sup>2</sup> DS nr 8146 (1370 efter 24/6). <sup>3</sup> DS nr 6531 (1361 8/9). <sup>4</sup> DS nr 6676 (1362 28/9).

<sup>5</sup> DS nr 6534 (1361 9/9).